



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 13. Hubertus Fuglietta mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Sæcul. XVI Tarvisianæ ditionis oppidum, ex per-
A.C. 1581. vetusta familia natus, qui in græca, aliis-
que Orientalibus linguis apprime ver-
satus ab initio medicæ arti operam da-
bat, relicto autem hoc studio in Hispan-
orum Collegio dein Maceratæ in Mar-
chia Anconitana Philosophiam trade-
bat, quo munere adhucdum ibidem
fungebatur, dum Pius IV. Papa illum
Romam evocaverat, ut græcorum Pa-
trum versioni infudaret. Scripsit is qui-
dem plura, ex quibus tamen nonnisi
quædam orationes, & commentarii in
Theophrastis Metaphysicam typis im-
presi prodiere, cetera autem opera il-
lius manu exarrata adhuc in Bibliothe-
cis asservantur. Denique hoc anno
Christi millesimo quingentesimo octoge-
simo primo, ætatis vero suæ sexagesi-
mo sexto die vigesima Martii animam
Deo reddidit.

§. XIII.

Hubertus Foglietta mortuus.

*Thuan. l. c.
Possev. in
appar. Mi-
ræus l. c.
Sopran. de
Script.
Ligur.* Pariter Hubertus Foglietta Genuen-
sis Sacerdos inter Nationis suæ Vi-
ros longe doctissimus hoc anno e vivis
excessit. Is erat Filius Augustini Fog-
liettæ, qui Julio II. Leoni X. & Cle-
menti VII. a consiliis, quatuor numo-
rum millium pensione a Carolo V. Cæ-
fare donatus fuerat, in præmium in-
signis

signis cuiusdam obsequii huic Principi Sæcul. XVI.
præstigi: dum autem idem Augustinus A.C. 1581.
uxore sua orbatus erat, Mazeræ in Si-
cilia Episcopus creabatur, atque Huber-
tus ejusdem Filius tanti Patris institu-
tione proficiens maximos in literis pro-
gressus fecerat, porro tumultibus in-
ter Nobiles, & Plebæos Genuæ exor-
tis implicitus a patria sua exulare com-
pellebatur, ab Hercule Estensi Cardi-
nale in suo palatio Romæ exceptus, ubi
etiam anno Christi millesimo quingen-
tesimo octogesimo primo, ætatis vero
suæ sexagesimo tertio quinta Septem-
bris die satis cessit, sepultusque fuit in
Ecclesia sancti Salvatoris de Lauro.
Hic idem in suo exilio duos Dialogos
de discrimine inter Nobiles, & plebejas
familias elucubrabat, quo tamen ope-
re maximam omnium Nobilium invi-
diām sibi accersivit. Fertur quoque,
hunc solum illius ævi Virum exstitisse,
qui historiæ rerum suo tempore gesta-
rum conscribendæ aptus credebatur,
quamvis ea, quæ posteris reliquit, ope-
ra tam prolixo sermone sint conscripta,
ut tunc, si hujus generis Historiam Uni-
versalem edere voluisset, certe hoc
opus in immensam molem excrevisset.
Ceterum inter ingenii illius monumenta
sunt I. Duodecim libri de Historia Ge-
nuensium II. elogia clarorum Ligurum
III. Tra-

Sæcul. XVI.
A.C. 1581.

III. Tractatus de laudibus Urbis Neapolitanæ. IV. Dissertatio de ratione scribendi Historiam. V. Opusculum de caassis, cur Turcarum Imperium tam amplum sit. VI. Tractatus de linguae Latinæ usu, & præstantia. VII. De comparatione Philosophiæ cum jure Civili. VIII. De quibusdam erroribus Platoni ab Aristotele objectis. IX. De conjuratione Joannis Ludovici Flisci. X. De tumultibus Neapolitanis. XI. De homicidio Petri Ludovici Farnesii. XII. De sacro fœdere contra Selimum. XIII. De obsidione Melitæ, præter quædam alia opuscula.

§. XIV.

Adrianus Adriani mortuus.

Sotihel de
Script. So-
ciet.

Nonnulli ad eundem hunc annum referunt obitum Adriani de Adriano Antverpiensis Jesuitæ, qui anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto Lovanii Societatem ingressus est, ac in manibus celebris D. Kuartii Tapperi quartum suum votum nuncupavit, defuncto autem sancto Ignatio Romam pro eligendo Jacobo Laynesio supremo Societatis Moderatore accerlebatur: ait factionibus quibusdam, quæ sui Instituti regulis adversæ quosdam tumultus quoad Societatis regimen suscitare potuissent, implicatus